sic quidem fore arbitror, ut earum com-
petitores inueniantur, tanta non singu-
larum modo, sed uniuersarum etiam
b exiguitas redituum est. Statui item ut
congregationes Parochorum singulis
mensibus tam in Urbe, quam in diocesi
habeantur, in quibus de rebus ad ani-
c marum curam pertinentibus inter
ipsos consultetur. In cathedrali ecclia,
quod antea non fiebat, ut Missæ sacri-
ficium quotidie cantetur, utq sacer-
dotes omnes omnibus Dominicis, et fes-
tis diebus idem sacrificium faciant,
e institui. Cum e quatuor cappellanis,
quos conducere canonici consueuerunt, ut traditum supra est,
sæpe de leui altercatione, orto dissidio,
modo hunc, modo illum depellere, et
alium asciscere, ut cuiq libuisset, in
more haberent, eaq re fieret, ut non
inuenirentur, qui suscipere illud
munus uellent, ego capellanias ipsas
perpetuas feci, cui rei canonici quoq
haud inuiti assensi sunt; atq ita non
defuturos posthac spero, qui capella-
ni fieri uelint, cum certum perpe-
tuumq

tuumq iam illud subsidum, non libidi-
ni cuiusquam obnoxium esse intelligant.
f Marmoreum uetusti, atq obsoleti operis
Tabernaculum, in quo sanctissimum sacramen-
tum asseruatur, e loco parum decenti,
ubi erat in proprium sacellum transtuli;
quando in summo altari, propter inha-
bilem eius molem ~~formosamq~~ formamq collocari
commode non potuit. In quod tum
demum refertur, cum nouum aptiori
forma comparandi ~~facultas~~ facultas
f ~~erit, quæ prima~~ in cathedrali ecclia
uacauit præbenda, eam Penitentia-
riam perpetuo esse iussi, Penitentiari-
umq creaui ipsum Vicarium meum,
uirum honestissima familia Ameria
natum, et non scientia modo iuris, sed
morum quoq ac uitæ laudibus specta-
tum. Theologalis præbenda institui,
propter tenuitatem redituum non
g uidetur posse. ~~Institui~~ Theologia ut in ecclia
~~Theologia~~ doceatur institui doctorem a fra-
tribus S. Augustini mutuatus, qui
etiam casus conscientiæ bis in hebdo-
mada interpretatur, ac pœnam sta-
tui

Alia [illegible] multa præbenda [illegible] quam pro [illegible] tenuitas me[illegible] potuit ordinem et quoad licuit ad [illegible] [illegible] [illegible] reuocaui.